



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold  
Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Professione Fidei. Tit. 6

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

dum, vel omnino detrahendum esse, ac quoscunque qui horas canonicas ex more, & ritu ipsius Ecclesia Romana, jure vel consuetudine dicere, vel psallere debent, propositis panis, per Canonicas sanctiones constitutis in eos, qui divinum officium quotidie non dixerint, ad dicendum & psallendum post hac in perpetuum horas ipsas diurnas, & nocturnas, ex his Romani Breviaris prescripto & ratione omnino teneri, neminemque eis, quibus hoc dicendi psallendique munus necessario imponimus, nisi hac sola formula satisfacere posse.

22 Recitare debet Beneficiatus Officium cum attentione debita, alioqui non satisfacit obligationi sua, & non minus teneat substitutionem fructuum, quam non recitans. *Navarrus d. loc. cap. 12. num. 32. Graff. d. lib. 2. cap. 51. num. 7. Fr. Emman. Rodrig. tom. 1. qu. regul. cap. 143. num. 1. Suar. 5. tom. disput. 4. sect. 2. num. 26.*

23 Recitare debet ipse, non per alium, & omnem adhibenter. *Graff. lib. 2. cap. 54. num. 1. 3. & 10. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 6. Trotius tract. de perfec. Cleric. cap. 42. Petr. Gregor. tract. de benefic. cap. 6. num. 13.*

24 Recitare non valens sine socio, recitare debet cum eo. *Graff. lib. 2. cap. 54. num. 1. 3. & 10. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 144. Fisi. de visitat. lib. 2. cap. 20. num. 25.*

Integrum Officium recitandum: nisi impedit infirmitas. *Fr. Emman. d. cap. 144.*

## TITULUS VI.

### De Professione Fidei.

#### SUMMARIA.

1. *Provisi de Beneficiis tensione professionem fidei debent facere.* 4. *Sufficit eam emississe si mel.*
2. *In cuius manibus.*
3. *Dicta necessitatis ex-* 5. *Sede Episcopali vacant.*

- te professio debet fieri in 8. *Quibus fructus an-*  
*Capitulo.* *tea percepti applican-*  
 6. *Lapsus mensum non li-* di.  
*berat.* 9. *Fidei professionem se-*  
 7. *Quando incipiunt fru-* emissse ostendere debent  
*ctus facere suos.* provisi.

**P**Rovisi de beneficiis, si velint fructus facere suos, intra **I** duos menses ab adeptis possessionis die debent juxta for-  
 man à Papa Pio IV. in constit. 112. & 114. traditum, spon-  
 te fidei facere professionem.

Si beneficia curam animarum habent annexam, in manibus Epi- **2**  
 scopi; vel eo impedito, coram ejus Vicario Generali, seu Officiali:  
 Si sint Canonicatus & Dignitates in Ecclesiis Cathedralibus, non solum  
 coram Episcopo, seu ejus Officiali; sed & in Capitulo secundum Con-  
 ciliū Tridentini decretum; *sess. 24. de reform. cap. 12. vers. provisi eti-*  
*am. & ad illum S. Congregation. declarat.*

Quod videtur extendendum ad Ecclesiarum Cathedralium Per- **3**  
 sonatus & Officia; quia in Jure æquiparantur Dignitatibus; *Garcias*  
*de benefic. 3. part. cap. 8. num. 15. non Collegiarum Ecclesiarum Ca-*  
*nonicos:* ut censuit S. Congregatio sup. d. cap. 12. vers. provisi. 12.  
*Febr. 1588.* nec provisos in Collegiatis, aut de Portionibus in Cathe-  
 dralibus, et si de consuetudine Portionarii habeant vocem in Capitu-  
 lo: nec habentes Beneficia Simplicia. *Garcias d. loco num. 12. cum*  
*seqq. Diff. Zerola in praxi Episcop. part. I. verb. Beneficium. §. 5. & verb.*  
*fidei professio.*

Qui semel fidei professionem emisit in adoptione Beneficii Paro- **4**  
 chiatus vel Canonicatus, reperire eam tenetur adipiscens alium; ut de-  
 claravit Sacra Congregatio; teste *Garcia d. loco. num. 17. & seq.*

Sede Episcopali vacante debent provisi fidei professionem fa- **5**  
 cere in Capitulo, sed presente Ejus Vicario. *Garcias d. loco. num. 25. &*  
*26. 27. & 28.*

Non eos liberat, ab obligatione eam emittendi, lapsus, à die ade- **6**  
 ptæ

488 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.

ptæ possessionis, duorum mensium Nec enim dictus terminus duorum mensium positus ad finiendam obligationem, sed ad differendam seclusionem. *Abbas inc. cum dilecti. 6. num. 12. de dolo & contum. N. varr. in manuali. cap. 21. num. 45.*

7 A tempore professionis factæ incipiunt fructus suos; *N. varr. consil. 7. & 8. de jurejur. Flam. Paris. de resignat. benefic. lib. 10. n. 9. num. 4. 5. & 15. Fr. Emman. Quæst. Regular. tom. 2. quæst. 119. Garcias d. loco num. 34.* Antea perceptos restituere tenentur in concordia. *Garcias d. loco num. 35.* Propter Concilii verba: *Imperiorum requisitionem.*

Nec eos excusat consensus Capituli: *fac. 1. commissa. declin. 6. Garc. d. loco. num. 50.* ut declaravit S. Congregatio: *ad d.c. 12. m. Ordinarii: ut censuit S. Congregatio: sup. d. cap. Navar. conf. 3. num. 1 de Cleric. non resid. Fusc. d. lib. 2. cap. 3. num. 4. in fin.*

8 Qui fructus applicandi fabricæ, aut pauperibus perinde ac fructus Non-residentium. *arg. Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 1. vers. si quis autem. Fuscus de visitat. lib. 2. cap. 3. num. 4. Flam. Paris. quæst. 9. num. 123. cum seq. Zechus de benefic. & pension. cap. 13. num. 3. Garc. d. loc. à num. 37.*

9 Fidei professionem se emisse tenentur ad petitionem Ordinarii, aut Visitatoris, ostendere Beneficiati. *Not. in c. ordinarii. de Off. Ordin. in 6.*

## TITULUS VII.

### De Obligatione suscipiendi Ordines.

#### S U M M A R I A.

1. *Beneficiati tenentur suscipere Ordines,* intit.

*Corvinus  
De Personis  
er Benefic. Ecclesiast.  
G. IV.  
32*